

N. Patriarcha Theodidactus, in *Regul. S. Prolog.*) *Domino Christo, vero Regi, militaturus, preclara arma assumis. Ad voluptatum incurfiones, opus est armis, & quod legitime certes; quamvis gravamen adversari delictis. Ictico subdit, cap. 2. Servitutis militiam baiulam.* Servimus, ne servimus: militiæque signatur in libertatem nobilis servitus, quam in exercitio appofite baiulam; quippequam pugna adversus nos grave pondus. Quorsum militis officium, si non est prælium? Subibit ex ipsa libertate teterrimam servitatem, quibus fugerit ut coronetur certamen. *Extrema est servitus* (profer Boetius, lib. 5. de *Consolat. Philosph.* cap. 11.) *cum anima humana vitis deditæ, rationis proprie possessione ceciderint. Nec potestas compotem sui facit; quem vitiosa libidines insolubilibus adstrictum retinent catenis.* Malam & noxiam servitutem vocat Seneca, de *Vita beat.* cap. 5. *si voluptates possident, in certissima dominia & potentissima.* At quid faciendum? Profecto calcanda.

4 Sicut aqua dilabimur, quæ nonnumquam deorsum, patiens & excitans fluctum. Ut Arca possit transire in terram promissionis, obstant aquæ Iordanis. Transcendum erat, etsi Iordanis ripas cumalaverat. Aliquid oportebat cogitari, ut transire posset. Quid? Calcare aquas, ut nec gutta tangeret, qui transire vellet. *Cum posuerint vestigia pedum suorum Sacerdotes qui portant arcam, in aquis Iordanis; aque quæ inferiores sunt, decurrunt atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in una mole consistunt.* Objicitur quid in fluctibus deliciarum animæ contingat, & modus quo tunc transeat; quin per voluptatis lubricæ insidiosum mulcimen, ex fluxu aut fluctibus polluat pedem. Transire conatur anima, sicut Sirenes suavitate mulciminis; ut priusquam terram optatam attingat moles aquarum profundum usque summergat. Transi liberè, & sicco pede: sed unde? Deliciarum libidinis calcantur aquæ: depectuque fluxarum cogitationum, adipsicitur sine derimento transitum; quoniam inferiores velociter currunt, & venientes detinentur. Vide alia, *Tom. 6. T. 11. D. 6. à n. 7.* Superiores constiterunt. Ni recederent, accedentes impetu suffocarent: plantæque pedis fluctus ascendant libidinis; ut pateat quomodo fluctus superentur Vene-

ris. Impressa fuere pedum vestigia, & recelsit aqua: equidem quæ naturali pondere ac inclinatione venturæ, manent suspensæ; quippequam cum transeunt, ut transirent, calcarent; effecerunt despectu ne venirent. Si eiusmodi accedentes impetu fluctum aquæ, signant impetum excitatum à libidine; suspensio denotat gratiam, dum sensus in rationem excitant pugnam: quandoquidem qui fregit cursum, removit & præcipitulum.

5 Cominus Didascalie accedamus. Aquæ currentes & decurrentes sunt in animam ex Venere lubricæ cogitationes; quæ semper in prociucta, ut illecebris suffocetur in transitu. Alia currunt & desunt, alia sine motu subsistunt. Inferiores transire permittuntur. Ut superiores starent, miraculum factum est; ut fragiles cogitent homines, penitus despiceret cogitationes cupidinis: equidem planè miraculum, si aliqua transire vel incautè permittuntur; quod impetu furiosè advenientes suspendantur. Aliud obiter documentum occurrit; ut sapiat, qui sicut aqua in mare præcipitantur. Curfus aquæ signat cursum delicissimæ vitæ.

Ad mortem sic vita fruit, velut ad mare flumini. Vivere nam res est dulcis, amara, amoris. Succinit Ovven. 1. *Epigram. 32.* Aqua decurrens, in mortem & amarum mortem tendit: longè ab illa quæ sine motu subsistit. Eundem haberet lamentabilem exitum; si præcedentium sequeretur & cursum: subsistuntque ne labantur advenientes aquæ; ut homo tot illecebris prudenter consulat sibi, dum alij præcipitantur atque defectum patiuntur: equidem reprimuntur motus ac impulsus in libidinem, si viderint aliorum acerbissimam mortem.

Jupiter his emittit spes mortis & orba senectus.

6 Calcanda ergo huiusmodi mala mentis gaudia, ut ex Virgilio decerpit Augustin. de *Santè. serm. 35.* tum quia *brevi & damnosa voluptas*: ut inquit Oth. Vanius, *Amor.* Emblem. 52. Tum quia levi occasione redardefcit, ut ignis qui primò delectamine allicit, sed proximo urit; ut idem succinit de Sole, *Emblem. 112.* *Manè recens orto Titan delectat Eob,*

Urut at medio cuncta calore die.

Sanè calcanda, sed caute, non imprudenter; quippe sæpe cupiditas velocius regreditur, dum fugatur. Unde sollicitè vigilandum, & hosti, etiam odio cedenti, non credendum. Est lutum, vel dum calcatur, pedem maculat: & heret, ni maculam aqua di-

Grave canthi pondus carpi,

Scv. Boet.

Senec.

ToIuc, 3. 3.

Fluctus cogitatio num impediunt anime transitu.

Quomodo ad vincit dpt

Dit ali: que admittuntur.

Ovven;

Confidat rati mortis in iacula Veneris.

Oth: Vana

Idem:

Phet. diluat. *Infixus sum in limo, & non est substantia:* dicitur revinctus limi catenis David. Facilis videbatur ex limo libertas, & patuit summa in exitum difficultas: equidem dum limus intensus calcari intenditur, pes calcantis magis figitur, quin possit movere pedem voluntas insidiosè decepta; ubi in limo ad dolum non videbatur substantia. Si cogitaret periculum, haud descenderet in fundum: ibique hæsit immobilis fatagens lutam calcare; dum illi nullius materia videbatur substantiæ, vel levis prorsus momenti. Venris sanè locus, in mortem placide fucus. Armati nonnulli procedunt in arenam certaminis, cæteri armati spinis: subeuntque incauti periculum; quia spinæ illorum non intellexerunt thammum: demonstrantium & multiplicato vulnere; quam factum esset, eius mucrones calcare. *Rhannus etiam dum calcatur, percussit* (refert Berchorius, lib. 12. *Reluctor.* cap. 136.) *& spicula figit.* Cadmea profectò ex huiusmodi prælio facta, si facta, victoria; ubi pro lautea contrahuntur imprudenter cordium vulnera: equidem licet tela florida, sunt tela: ac in sermonibus verba artificiosè dulcia; virus, & ipsi sunt iacula.

7 Visum fuit periculum in Petro, qui sese voluit exponi naufragio. Poposcit calcare fluctus eius aviditas, cum videret Magistrum ambulancem super aquas. Patec quid valeret corporis pondere & quid divinâ virtute. Summergebatur videns validam ventum; quippe ambulare super fluctus est miraculum. Ne periret; magister manum extendit: igitur ni divinitus homo (ut aquas conculec) misericè protegatur, proculdubio in exemplum audacia summergetur. In aqua nihil subsistit, quia fluxa: magis mobile dum irrui procella: & quod curat fieri singulari virtute; abundat tenerrate; quippe omnino temerarium, velle subsistere, ubi cuncti summerguntur. Vel in navi periclitantur cæteri. Ut tempestatem fugiant, timidi & remigantes sunt in nave. Petrus præ cæteris poscit calcare fluctus, & calcantem mergit pelagus; quoniam intendere specie virtutis huiusmodi viam; erat virtuti sollicitate procellam. Erat suffocari, non progredi. Quam ambulare posset, planè summergit non procedere, sed labi: equidem in huiusmodi tentationis articulo (virtutis singularis apparente prætextu) ni Dei manu teneatur, primo motu summergetur. Alij etiam in navicula non tuti, Petrus calcare poscit vel in fervore procellæ. Quarit occasionem ostentande virtutis, quali vinee-

Phet.

Quare luxuria hinc dicitur, ubi non est substantia

Bercho.

Cur similitudo rhamus

Mart. 24. 28.

A verf. 30. Vel dum calcantur delictis, sunt insidiosa

re valeret periculum occasionis; & cepit mergi, dum conatur progredi: equidem indeclinabile vitæ spiritalis discrimen, quætere specie virtutis, virtutis suffocationem. Periculi occasi elto virtutis summergit. Luvat in salutem temeritatis cognitio; dum Petrus calcare cupit, quod calcari haudquaquam valet, circumspiciens per effectum induciæ vanæ periculum: quandoquidem per huiusmodi fragilitatis audaciam; cognovit Petrus invenisse procellam.

8 Videmus sæpe nonnullos non solum naufragos, sed in profundum summergit; quos invalida futilique virtute fallit in naufragium cor, quasi super aquas stare possent per se; ut perveniant ad Iesum. Petrus dixit: *Si tu es, iube me venire ad te super aquas:* & quia super aquas, lapsa pondere fragilitas; ita ut opus esset in auxilium, quod ne periret, Iesus extendit manum. Fatuelli cupiunt calcare fluctus libidinis, fluxas inquirentes in naufragium occasiones, adicientes an Iesus sit, ut ad illum perveniant, & an leges eius hæcine calcare iubeant dum quod illis videtur virtus undecunque solida, consistit læ imaginatio nis merum phantasma. Audent; corrunt, summerguntur: per naufragium lamentabile patet, quod Deus non iusserit: sed seducta illorum mens, ut venirent ad Iesum. Sunt Cupidini mille nocendi artes, in cuius dolos dormiunt vel oculi vigiles. Unde eius mater; quæ bene noverat, apud motelum *Eayi.* 11. dixit: *Omnia sunt cruciatu, omnia: ipse magis. Si ceperit illum, omnium aucto; neque miseraris.*

*Si jensem videris, cave ne te fallat. Etiam jirjerit, trahet. Oscula si fors terre volet, fugito. Malum osculum: in ipsi sunt venena laboris. Si dixerit, accipe dona; nequiquam tâgas: fallacia muneris amoris. Eadem apud Anacreont. *Carm. 45.* Plaut. in *Cyrtellari.* Act. 2. scen. 12. à v. 1. & Vincent. Chartar. in *Imag. n. Cupidini.* pag. 332.*

9 De illo factum in uxorem duxisse Erinnyin: quæ quid non solum furor, sed furor inferni; quippe tibi imperium amoris; sola regnat Erinnyis. Ad Alapid: in *Jacob.* 1. v. 17. ex quorum coniugio arti Pallor, Timor & Pauperies, ut ait Hætiodus in *Thegon.* & Natal. Comes; 4. *Mytholog.* cap. 13. subdit: *Omniun sanè voluptatum, quibus homines vexantur maxima & deterrima: opes dilapidat; obeit memorie, nocet menti; favet agridudini.* Maniliusque 4. *Astron.* cap. 11. v. 405.

Luxuria quoque militia est, vigilatq; ruinis.

Occasus ne, quæ sita summergetur in Dei manu te neatur.

Verf. 28. Gloriantes de constantia in virtutibus, in laqueis quoslibet venis.

Molchs

Erinyes hæc amoris profani.

Natal. Com.

Manil. Oc.

Occurrit Salvatori N. in Gerasenorum regione, quidam possessus à demone. *Vir* (ait Lucas) *qui habebat demonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur* (malum demonium debemus vocare luxuriam, dum ita rapax, ut nequit relinqueret ad decentiam) *neque in domo manebat, sed in monumentis.* Frequenter in demonio luxurie vita vaga, quæ præ corruptione habitat monumenta; vel ut incidere mancipatum diaboli potestati, nec in vita vivere. Eum Dominus liberavit à tyrannide demonis; quem advenientes Gerasenorum cives, *invenerunt hominem sedentem, à quo demonia exierant, vestitum, ac sanam mentem.* Quis vestem attulit, ut sic honeste federet? Expulsum demonium, quod illum reliquerat nudum. Quia demonem reliquit vestem habuit: equidem à demonis expulsiōne vel societate, pendet vestem habere, vel non habere. *Si voluptati cessero* (inquit Cordub. Stoicus, *Epist. 51.*) *cedendum est paupertati. Inter tot affectus distrahbar, imò disperbar.* Paupertas necessaria, quò dominatur luxuria, opes distrahens, & animum discerpens: cunctaque nudus habebit, quisquis demonem expulerit. Quem viderunt debacchantem, iam invenerunt sedentem: igitur qui se demoni per voluptates tradidit, nunquam requiescere poterit. Pende. *Invenerunt vestitum, ac sanam mentem.* Pridem erat infans? Utrique. Impos mentis, qui sub iugo cupidinis, in monumentis homo fugiebat homines; nec dignus esset videri, qui servus diaboli. Sana iam mente, quia reddit rationis dignitas, cui pridem vivere voluptas inter cæternas: quas rupebat adiutus à demone, atque percitus furore; ut delicijs infatuatus viveret sine lege.

10 *Lascivia ut aspis soporat, sed sopore necat:* ait Idiota 5. de *Contempl.* & *Cœl.* Rhodigin. lib. 27. cap. 14. *Dici somniculosam aspidem, quia somnum morsu inducat latibiferum.* Adhuc præsentius venenum, *Arabica paludes* (inquit Solinus, cap. 35.) *pennatorum anguim mittunt examina; quorum tan citum virus est, ut morsum antè mors, quam dolor insequatur.* Lamentabilis tropologice, quam conditione veneni (animam in æternam irrevocabilem mortem soporantis, prius sepulta directione mentis, quin de morsu possint dolere, dum alij infirmi in pœnitentiam excitantur dolore: iacentque deplorati, quippe iacent; & vel in mortem non sentientes, nihil timent: signum sanè mortis, si in ætem utramque dormiant, quam vigilare ex

vulneribus debebant. *De radice colubri egreditur regulus.* Ex utroque virus: verum cur additur veneno venenum; in æstimata dulcedine voluptatum? Ut cognoscatur ex libidine quantum animæ periculum. Venenum ex luxuria tamquam è colubro additurque venenum basilisci serpentino veneno; si in illecebras cupidinis accesserit consuetudo. Colubri esset, si aspidis morsus oriretur è somno: verum serpit è regulo, qui pœquam somnus dimanat à morsu; quin sentiat ictus, nec in medicinam motus: tuncquæ è radice colubri luxuria, egreditur virus reguli; quia morsus sine remedio (cui blandimine lascivia fuit expositus homo) si dormit, cum debet expersigere, dolorum acerbitate, moriturque impenitens, quin periculum cognoscat, nec vulnera sentiat; cum veneno pereat, atque veneno dormiat. Aspide morsus David, qui ductus dolore peccati; *Illumina* (dicit Numini) *oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.* Signavit veneni periculum non tam ex veneno, quam ex aspidis somno. Timebat ne è radice colubri, virus nasceretur reguli, & amitteret ex vulnere vitam, etiam amitteret animam: equidem cum dormiendo sepeliatur ratio, nullusque sensus vigeat, ut accedat pœnitudo; quamvis iaceat, exposcit, ne ex mortu dormiat: equidem signum damnationis animæ, & cordis impenitentia; morsu serpentis usque in mortem redigi; & vel in morte oculos aperire non posse, maiore periculo ex somno intruso, quam ex aspidis morsu: quandoquidem quum aperit oculos in pœnam somni suscipit infernus.

In æternam clauduntur lumina noctem.
11 Sunt alia, ut vidimus, serpentes, quorum morsum mors antequam dolor sequatur. Hoc conficit curiositas, qua Venus in prædam disponit illecebras. *Vultus compositis sua cum linit ora venenis, Decipit hac oculos agide levis amur.* Ut succinit Ovid. 1. de *Remed.* à v. 350. *Mors patet, & cum illa vis cupidinis, antequam mortem præveniat subdole dolor: igitur non dolor; ut favor: priusque sine mente amplectitur mortem, quam sibi videatur contraxisse infirmitatem. Mandragora* (dicitur à *Cœl.* Rhodigin. lib. 17. cap. 24.) *Flos amoris, fructus pulchritudinis, philtra amatoria, sed inducere cataphoram, idest, ferreum somnum, seu veternum, privatione iudicij & rationis usque in insipientiam.* Egimus fusc. *Tom. 1. T. 1. D. III. à n. 13. & 7. T. 3. D. 7. à n. 6.* Ibid. ex Avicena, ac Columella præmissi, in radice man-

Luc. 8. 27.

Efflux luxuria.

Verf 35

Senec.

Paupertas necessaria, si dominatur luxuria

Idiot.

Cœl.

Rhodig.

Solin.

Conditio aspidis, & Arabica serpentin.

lita 149.

Quoniam veneni, consuetudo de peccato.

Malè loquetur, qui de vulneribus non dolet.

Plalm. 11. 4.

Sed depernit vultu neta.

Virgil. 10.

Æneid. v. 746.

Ovid.

Cœl. Rhodig.

Cant. 7. 23.

Car. fæmine pulchritudo est or mandragora.

mandragoræ figuram cadaveris videri: & ex Ruger. Termodont. legi simul: *Niles.* In desolationem vanitatis pulchritudinis feminarum, vel obiectum, vel cogitatum huiusmodi symbolum: igitur fallax gratia & vana pulchritudo, ubi cadaver circumspicitur in feretro. Cum iacet in pulvere, etiam oculis patet, nihil esse: quippe constat cum sine luce faces, ad quid & in quid redigitur flos amoris: quid sit animæ phyltrum, summa Charitum, venustas Veneris, mulcimen cordis: igitur uti flos oritur, & uti floris pulchritudo conteritur; & in pulvere scribit, quid est & quomodo floruit. Nostros: *Reducese à polvo, el ebizo apante, y mayor hermojura, que tiene el mundo.* Latuit cadaver nub coloris pulchritudine; & qui infans nubium credidit coloris; invenit vel oculorum horrorem, quod specie picturæ adorantis effigiem, itulit evacuavit mentem. Unde vanitas? Prætermittitur fragilitas. Sat quòd forma formæ dedecus, quantum accedit ad annos: qui quidem signant tacite gratie futilitatem; cum moriatur ante mortem. Unde Deiana apud Senec. in *Hercul. Oltæo.* à v. 385. inquit: *Sic nostra longum forma percurrens iter, Deperdit aliquid semper, & fulget minus. Quicquid in nobis fuit olim petitem, cecidit. Cessere cultus penitus, & pador sedet. Imus, nec licet pectoris satis flamma.* Videtur Iuvenal. *Satyr. 14. v. 250.* *Propert. 2. Eleg. 28. v. 57. & Ovid. 3. Tristium, Eleg. 7. v. 37.*

12 Ergo in principale propositum. Flos amoris est mandragora, cuius usus comes desipientia, & rationis sepultura: equidem illa extinguitur, antequam admoncat dolor: quin anima possit cavere periculum, cum morsus inducat somnum: equidem qui semel gustavit virus, aperire nequit oculos. Hoc virus provenit è sollicitudine curiosa, in veternum visa femina: igitur priusquam dolorem percipiant oculi, iam mors intrudat pectori: & cum statim in somnum cadat, quin vulneris respicit; pullum mortis medicamen, quippe per somnum nequit habere dolorem. Malum ex mandragora cognoscitur, & adhuc flos amoris appetitur; nihil habens commodi, nisi velle desipere: vivere amientem rationis impotem; dum per coloris gratiam, perducitur infatuatus usque in amenciam. Ubi debacchatur hinc inde sine regimine cor; *mandragoræ dederunt odorem suum.* Liqueat suave venenum: placuit, non habere iudicium: equidem per deliria, *Tom. VIII. Tautol.*

rores atque demeritias; ipse demonstrat degustasse mandragoras. Mandragora non tantum est, sed odore nocet. Periculum ex visa pulchritudine imminet, dolorem morte præveniente, ut fugiat pectus, quasi à facie colubri: quandoquidem amplior est estu mētis emota excitabitur furor; dum iudicium in prævaricationem lædit vel odor.

13 Elucet unde fascinata ratio, dum à cupidine obijcitur pulchritudo. De hoc vino intelligitur illud Sapientis: *Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenderit in vitro color eius* (Ne ingrediatur per colorem flaventem mentis ebrietas, virri simul demonstratur fragilitas) *ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit ut coluber.* Hebr. pro *Color*, legit: *Oculus eius.* Oculus eius & in vitro, denorat periculum ebrietas, veneno exposito sub specie pulchritudinis: qui iure dicitur *oculus & color*; ut constat quam præfens languor, maxime in hominis fragilitate: equidem color femine percutit vel fugientes in ictu oculi. Hinc additur: *Sicut regulus venena diffundet.* Aptè. Regulus quidem

Ante venena nocet
Ut modulatur Lucan. lib. 9. *Pharsal. v. 725.* Vinum sicine medicatum, oculis phyltrum, regulo. Cur igitur in novissimo confertur colubo? Martin. Roa vocat *Aspidem*, 6. *Singular.* cap. 12. Vidimus huius venenum inferre, sicut mandragoræ somnum: ex quo periculum animæ, pulchritudinis potione, quæ turbat mentem, sopitque dolorem, quo vocatur in pœnitentiam: at cum sine dolore, dormiat percussus usque ad insaniam; in novissimo patet malitia tetri veneni, quoniam moritur ebrius, quin sentiat mori. Hac de causa potum mandragoræ. Salomon vino comparat: vinum inebriat: nullaque erit ad rationem ratio; ubi mens perturbata & ebria sine iudicio. Notat Lucretius, qui amore factus infans, 3. de *Rer. natur.* à v. 470. *Cura ea sunt, ni quod webemens violentia vini Conturbare animam consuevit corpore in ipsos Desipientia sit: vis animæ distracta veneno.*

14 Mitimè cessat his incommodis periculum: ex medicina furiosus suscitatur extinctum morbum. Quia vel oculos aperuit, & à somno languor punctim excitavit, vel se miserum, pauperem indecorè vidit; morsus ab aspidè sollicitè se ab occasione removit. Occurrit aspectus, sæpe lachrymis mistus;

Et malè reliquis igne de magno cinis Vires resunt.
Hinc Siracides monet, pudendum è salutaran.

Femina vel vasa necit.

Prov. 23 à 21. Forma eius bona non fragit.

V. 32

Et baf. lise simi la.

Minimè pœnitentia, qui mors ex veneno non cognoscit.

Lucret.

Senec. in Troad. v. 343.

Perperâ estimatur, quæ ante war tem. 23 moritur.

Senec.

Haud respicit qui veneno quiescit.

Cant. 7. 23.

Eccle.
41. 25.
Lachry
ma fe
mina, Fe
neri tri.
ca.
Ovid.

tantibus de silentio, à respectu mulieris fornicariae. Hoc est, ex muliere impudica, caveas à salutaribus de silentio. Quinam hi salutaribus taciturni? Illius lachrymae: motque tanti periculi amantes; quippe est pars fraudis in illis.

Necve puellarum lachrymas moveare, caveo:
Us stentem oculos erudiere suos.

Uti dicit, qui nonnumquam hinc blanditijs additus, 2. de Remed. v. 293. Non audeat loqui, & loqui vellet: sufficiturque fraude dolose lachrymae (silentio salutant, clamant, revocant) ut iterum capiant, atque virus in exterminium effundant. Porphyrus serpens (refert Aelian. 4. Histor. Animal. cap. 36.) colore accedente ad purpura saturata similitudinem, capite vero plusquam niveo, & lacte multo candidiore, in India reperitur. Ei mordendi iccirco potestas est nulla; quòd dentium expertus sit. Ergo hac ex parte eum quasi mansuetum dicere possumus; non item ex omnibus partibus: nam eius vomitus si quod hominis attigerit membrum; totum computrescat, necesse est. Iccirco eum captum à cauda, ex arbore suspendunt, ut illi caput ad terram versus propendeat, tunc sub eius os vas subijciunt aeneum, in quod ex eius ore gutta redduntur, quae lachrymae speciem praebent. Ab eo extincto saniosus liquor, aqua speciem gerens, defluit. Horum autem uterque colore differt: hic niger est, illa prima gutta electri similes sunt. Si quid cibo cui portione detur, acerrimè primò convulsione percillitur: deinde ei oculi pervertuntur, cerebrum per naves expressum delabitur, sique ille miserabiliter quidem moritur, sed tamè celeriter.

E'ian.

Conditio
& visu
Porphyr
serpentis.



15 Iam ergo dignoscitur virus, quod in signum amoris ostendatur ut fletus, gutta tenerissimi cordis.

Sunt lachrymae testes.

Sed cladis: igitur eum adsorsit extrema infelicitas, qui attendit in indiatrices lachrymas. Plorat etiam crocodilus: & plorat, ut accedentem decerpat. Hæc introducta pestis, quippe auditiv oculis de silentio salutantes. Usuvenit huiusmodi etiam corporis corruptio; Si mordeat serpens in silentio: dicit Sapiens. Quisnam serpens in silentio mordet? Qui salutando silentiosè interficit. Veneris lachrymae tamquam virus effuse: igitur quæ manabant ab oculis feminae; per effectum fuisse patuit mortuum colubri. Sibi vultum videre feminae pulchritudinem; & in venit in mortem fletentem serpentem. Virulentiam sanè Porphyrus, in lachrymarum specie, qua morsus, veheno salutationis miserè tactus, iugulavit iudicium, excusit cerebrum, percipit insaniam, amittit vitam: ita enim veneni trulentia contringitur; ut miserabiliter inter tormenta tummo dolore moriatur. Serpens erat, verum silentio momoderat. Iam enim patiebatur lethale iaculum, dum sensit icitum: ita repente sine sensu sentiente veneni efficacitatem; quòd ipsa mors pernicem anteverteret dolorem. Hæc usura cupidinis & questus Veneris. Accinit Iacob. Boissard. Emblem. 37.

Sperne voluptatem: multorum est esca malorum.

Solicitus moror cui solet esse comes,
Illius usura morbi, dolor, angor, egestas,
Et pudor, & nudo corpore pauperies.

Oth.
Vzo. 11.
Embi 35

Eccle.
10. 11.

La chry.
mi su
ming pin
rei aepa
rati.

Luxoria
grumna.

Boissard.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

MALEDICTA DIES, IN QUÀ NATUS SUM: DIES,
in qua peperit me mater mea. Ictem. 20. v. 14.

EXPOSITIO LITTERÆ.

DIES nostri parvi & mali: necessariaque patientia, quoniam dies mali sunt. Si effugimus vel fugimus delicatuli ærumnam; necesse, quòd Deus eripiat de præsentis seculo nequam. At quis (non hinc, sed hic) descendit in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Non fat libertati; quòd sit homo innocens manibus & mundo corde. Omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Quandiu sumus in hoc tabernaculo, peregrinamur à Domino. Vasa fragilia portat humanitas; quæ faciunt invicem sine intermissione angustias. Omnis vita humana misera & miseranda; quippe ex se malis obnoxia; atque dolorum frequenda, ferax usque ad fatietatem, expellens (vel ministrans dulcorem) etiam in dulcedine dulcedinem. Nihil est tam fallax (inquit Senec. de Consolat. ad Marciam, cap. 22.) quam vita humana: nihil tam insidiosum. Non mibercule quisquam accepisset, nisi daretur insciji. Itaque si felicissimum est, non nasci; proximum puta, brevitatem vite defunctos citò in integrum restitui. Hoc in sensu sensus Græcia, de quo late Erasim. 2. Cbiliad. Centur. 3. n. 49. quem expressit Aufon. Edyl. 7. à v. 13. accinens:

Afflicat fortuna viros per bella, per equor,
Iras, insidiasque, catenatosque labores,
Mutandos sepe gravioribus:
Cuncta sibi adversis contraria casibus. Ergo
Optima Gratorum sententia: quippe homini, alunt,
Non nasci esse bonum, aut natum citò morte potiri.

2 Cognata sunt hæc, vivere scilicet & dolere. Diximus plura, Tom. præced. T. 1. à n. 1. ad illum: Homo natus de muliere, repletur multis miserijs. Uni animantium luctus est datus. Coris scateat versatile pectus. Cuncta mala ex humana conditione, cui iuncta producta à malignitate.

Malx plura sunt bonis apud homines:
Ait Euripid. in Supplic. v. 196. que quidem perfida; quia nunquam adoruntur incomitata cordolia: advertebat maximis maiores supervenientes, plexique ex laboribus labores. Unde Salomon: Venti me ad alia (inquit) & vidi calumnias, quæ sub sole fiunt, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem; nec posse resistere corum violentia, cunctorum auxilio despicit: laudavi magis mortuos, quam viventes; & feliciorum utroque iudicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub Sole fiunt. Laudantur mortui, qui mala percipi, nec possunt pati: dulce enim verbum, Præteritum malum. Viventes vero periculis oblitii, ab his vellicantur, ab illis proteruntur, mortificantur à cunctis, mortem ante iportem passi ex vitalitate mortis.

Mortua sum certè ante mortem præ miserijs.
Dixit Hecuba apud Euripid. v. 431. Quapropter alto cogitamine, inter viventem actu patientem, atque mortuum propter laborum vexamen; feliciorum iudicavi necdum natum: id est, non nascibilem. Feliciorum, negativè scilicet; igitur non entis non sunt passionis. Minus putà infelicem; etenim tametia haud acquirat existentia bonum; esse non bonum respectivè ad malum. Vid. n. 6.

3 Feliciorum iudicavi, qui necdum natus. Accipitur hic nativitas pro conceptione. Quod in ea natum est; de Spiritu Sancto est: pariet autem, &c. Matth. 1. 20. Quod nascetur ex te sanctum, &c. Luc. 1. 35. Psalm. 86. 5. Homo & homo natus est in ea: hoc est Tom. VIII. Taut., Xx 2 con-

Vita huma
na ærumna
plena.

Seneca.

Aufon.

In homine
idem videtur
& dolere.

Euripid.

Eccle. 4. à

Euripid.

Nasci pro
consci.